

Haymo.

vivent & regnant; Hoc expressè docent Haymo: Ipse anima, ait, subtus altare sunt, quia per omnia capiti suo coaquari non possunt; quia ipse est Deus, illi homines: ille Dominus, isti servi qui illi non per omnia coaquantur. D. Ambr. Epist. 54. Ille super altare qui pro omnibus passus est, isti sub altari qui illius redempti sunt. Passione. D. Bern. Senens. serm. 12. de Martyrio, & persecutione iustorum, act. 3. cap. 2. inquit: Vidit Joannes subtus altare animas interfectorum: sicut tota congregatio Sanctorum digne dicitur Templum Dei, sic merito altare dicitur humanitas Christi; que ceteris sanctis in celo celsior: altare enim ab altitudine nominatur; anima quippe omnium electorum sub hoc altari sunt, quantum ad meritum, & gloria primum; quia hoc ipso uno homine inferiores sunt.

S. Ambr.

D. Bernard.

QUASTIO XXI.

In sensu morali explicatur altare, subtus quo anime Sanctorum apparent.

194. Apoc. 1.

Orationes Sanctorum suavisimum odoramentum Deo.

D. Anselm.

195.

D. August.

Martyres, quo charitatis conjungit cum Christo tiam Religio copulat

quidem, ut religio, ac cultus loci conjungentur in eis, qui in charitate Passionis uniti fuerant: nam Christus ob charitatem in nos mortuus est, sancti vero Martyres ob charitatem in Christum.

Tertio, Divus Augustinus citato serm. 11. de Sanctis, Sub ara Dei, ait, vidi animas occisorum: quid reverentius: quid honorabilius dici potest, quam sub illa ara requiescere, in qua sacrificium celebratur? In qua offeratur hostia; in qua Dominus est Sacerdos, sicut scriptum est: Tu es Sacerdos in aeternum secundum Ordinem Melchisedeb. Rectè sub altari iustorum anime requiescunt, quia super altare corpus Domini offertur. Sub altari apparent anime Sanctorum Martyrum & ibi requiescere dicunt, dictum est illis requiescunt, & cur potius sub altari, quam in qualibet alia parte? In altari, ut docet D. August. repræsentatur corpus Domini, quod ibi in eo offertur: & idè animæ interfectorum ibi requiescunt: quia vera quies animi datur, ubi Eucharistia reperitur: multis laboribus premebantur, ac jactabantur sancti Martyres: tamen ad sacram Eucharistiam, ut ad sictam stationem confugiebant: quos docemur ut dum nos multis vexamur, ad Eucharistiam, ut ad tuissimum portum, confugere debeamus.

Quarto ad citata verba D. August. Rectè sub altari iustorum anime requiescunt: quia super altare corpus Domini offertur. Cum corpus Domini super altare offeratur: inde consequenter Martyrum anime ibi apparent, & astant: tanto enim affectu feruntur in sacram Eucharistiam, ut cum eam jam recipere non valeant, saltem ibi inveniri, & altare volunt cum altari, in quo dispensatur, ac distribuitur.

Quinto sub altari stant sancti Martyres: Et clamant, usquequo sanctus, & verus non iudicatur, & vindicatur sanguinem nostrum de his, qui sunt in terra: & dicitur est illis, ut requiescerent, adhuc tempus modicum. Stant subtus altare: & ab altari auditur hæc vox: adhuc modicum tempus, ut sustineant: ab altari procedit vox tantæ presentie, ac sublimitatis. Nam in altari summa divinitatis fortitudinis, ac potentie est justificatio, & ostentatio, ut colligitur ex cap. 3. num. 10. Erecto ibi altari, invocavit super illud foras: Deum Israël. Cum enim ibi denotetur illud admirabile sacrificium sanguinis Christi, benignissime effusi pro nobis, etiam manifestatur, ac declaratur summa Dei fortitudo, ac potentia in sufferendis tam patienter hominum peccatis: inde etiam alta providentia animæ interfectorum subtus altare constituuntur, ut ab alta Dei fortitudine, ac patientia, quæ in altari denotatur, discant & ipsæ fortitudinem, & patientiam in sustinendo modicum tempus, quo ad usque regnum peccati evertetur, & impii omnino extinguantur. D. Cyprianus libro de bono patientiæ, post allatum hunc Apocalypsis locum, sic ait: Expectare nos jubet Dominus, & futura ultionis diem forti patientia sustinere.

Per Moysen ait Deus Pharaoni Exod. 9. numero 15. Nunc extendens manum percutiam te, & populum tuum peste, peribisq; de terra. Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Implicita involvantur in dicitis: & idè magna explicatione indigent: nam peste, ac morte Deus minatur Pharaoni, & populo ejus: tam tamen

156.

D. Aug.

Nostri quies in sacra Eucharistia.

197.

D. August. Sancti tanto effectui feruntur ad Eucharistiam, ut etiam post mortem cum illa velint esse.

198.

Genes 33.

A fortitudine Dei discimus aliorum sufferre peccata.

D. Cyp.

199.

Exod. 9.

nec

QUASTIO XXII.

Quare cum in celo sint innumeri exercitus Spirituum, solum anima Martyrum videntur subtus altare clamare?

Dicitur in textu. Vidi subtus altare animas interfectorum. Martyrum nempe; sed quorum sanè? an eorum solum, qui sub tormentis, gladio, & igne immaculatas animas Deo consecrarunt? non sic existimat Ansbert. Duplex martirium, unum per mortem alterum per ærumnas. Quare cum in celo sint innumeri exercitus Spirituum, solum anima Martyrum videntur subtus altare clamare? Non sic existimat Ansbert. Duplex martirium, unum per mortem alterum per ærumnas. Nullus fidelium dubitat, duo esse Martyrii genera, unum in aperto, alterum in occulto: mori etenim in carne, Martyrum est in publico; ferre verò contumeliam; probra, irrisiones, Martyrium est in occulto. Quod etiam aperissime Dominus declarat, qui duobus Zebedæi filiis, id est, Jacobo, & Joanni, loquitur, dicens: calicem quidem meum bibetis: quid enim per calicem, nisi tormentum Passionis exprimitur? & certè cuncti novimus, Joannem ab Herode decollatum, Jacobum verò in pace defunctum: Sed uterque calicem bibit; quia unus horum aperto, alter verò occulto Martyrio coronati sunt.

Secundò, maximè considerandus est ordo, ac dispositio sacri textus: nam post equos sanguinolentos, nigros, & pallidos; & oque eorum equites sanguinolentos, nigros, & pallidos; armis instructos, omnia depopulantes, ac devastantes; servosque Dei multis modis persequentes; & tunc apparent martyres in præcelso loco, sub altari Dei, gloria, & honore coronati, ac cælesti beatitudine pleni: & meritò quidem ut denotetur, quod post ærumnas, ac angustias, suis Deus impendet magnam præmium, & multam consolationem. D. Anselmus: Ostensis tribulationibus, ne isti deficiant, ostendit eis consolationem egregiam, scilicet, coronam, & gloriam, quam recipient hi, qui in patientia tribulari non reculant.

Tertio, in supremo illo Paradisi palatio: in triumphanti illa Ecclesia, plurimi sunt Principes, & Magnates; & tamen Joannes testatur, quod solum hic viderit animas interfectorum pro Christo; multæ aliorum spirituum erant ibi copix: nonne millia millium ministrabant ei? verum quidem est; sed illi tantùm præ oculis habentur, propinquoires, ac chariores Deo reperiebantur, qui multis laboribus pressi, ac vexati, interfecti sunt; huic cogitationi ansam præbuit Tertullianus libro de anima, ubi de inanis, agens, sic ait: Joanni in spiritu paradisi revelata, qua subjicitur altari, nullas alias animas, apud se, præter Martyrum, ostendit; Quid illis romphaea paradisi janerix sedit, nisi qui in Christo decesserint; agnosce differentiam se crucem nam tollas, & sequaris Deum, ut ipse præcipit, tota paradisi clavis, sanguis tuus est. Illi enim apud Deum chariores, & in majori æstimatione sunt, qui multis tormentis, & persecutionibus propter Deum gloriosè agonem suam compleve-

Septuag. Chaldaic.

Summa Dei fortitudo declaratur in sufferendo aliorum peccata.

Hebraic.

200.

Num. 14.

Septuag.

rod. 15.

Summa Dei fortitudo in sufferendis, & dimittendis peccatis.

Oecumen.

201.

Ansbert. Duplex martirium, unum per mortem alterum per ærumnas.

202. Post tribulationes Deus dat consolationem.

D. Anselm.

203.

Illi magis amici Dei habentur, qui maioribus laboribus sunt vexati. Tertull.



Canti c. 8.

runt; de se restatur anima sancta: Ego murus, & ubera mea turris. Cant. 8. n. 10. Muis, & turribus se comparat, in muros, ac turres, ac turre ignescunt machina; phœbia jaculantur fulmina; & omne ferreum artificium in illas jacitur; nihilque in eis apparet, quod bellicum non sit; quod habet anima summè dilecta à Rege pacifico: Vinca fuit Pacifico meo, cum tot machinis, & instrumentis bellis; ut inde scias, cur summè dilecta quanto magis tormentis, ac persecucionibus oppressa, ac vexata: tanto magis illa charissima, & amica; hæc enim amicitia talibus tormentis negotiatur.

204.

Apoc. 4.

Quattuor, valdè mirum, quod nunc videat Ioannes animas interfectorum sub altari: nam supra nosster Joannes, c. 4. n. 4. vidit, quod: In circuitu sedis Dei, sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumstantes vestimentis albis, & in capitis eorum corona aurea, Juxta Glossam, & alios, illi viginti quatuor seniores, sunt Ecclesiæ Doctores, ac Confessores, ut seu vult Alcazar, significant Præsbyteros, ut retulit cit. cap. 4. q. 13. ex quo insurgit grande dubium, quomodo Martyres apparent sub altari; Confessores verò jugra sedem Dei, sedentes in thronis cum coronis aureis in capitibus: Cum maximè notum sit apud omnes, quod major, & excellentior est gloria Martyrum, quam Confessorum: nam illi pro Christo vitam suam dederunt Et nemo majorem gloriam habet, quam ponere animam suam pro amicis suis Quomodo ergo compatitur, quod Confessores sint redimti coronis aureis, non sic verò Martyres: Confessores sedent supra thronos, Martyribus verò nullum assignatur sedile: sed apparent sub altari; Martyres vindictam postulabant: Vindica sanguinem nostrum? Et qui vindictam exquirat, & affertur, quodammodo videtur, quod nec locus, nec honor ei conveniat, sed tanquam occultatus, & absconditus sub altari latet. Pro quo facit Titus Bostrensis apud B. blot. tom. 4. procul à Religiosis indignatio, procul à magnanimis cupiditas ultionis.

Glossa.

Alcazar.

Rec honor nec auctoritas ei, qui vindictam affertur.

Tit. Bostren.

205.

2. Reg. 16.

Reg. 11.

Componere modo Davidem cum Davide diversis occasionibus: nam cum ipse fugeret à facie Absalon, egressus Semei maledicebat Regem: Egrederere, egredere vir sanguinum vir Bethal. Tunc indignatus Abisai, voluit currere, ad eum interficiendum? Subdit text. & ait Rex quid mihi, & vobis est, filii Sarviae? 2. Reg. 16 n. 10. eumque cohibet à tali interfecione. Postea vero appropinquaverunt dies David, ut moreretur, præcipitque filio suo Salomoni, dicens inter cætera: Habet quoque apud se Semei filium Gerai, qui maledixit mihi maledictione pessima: Vir sapiens es, ut scias, quæ facies ei, deducetque canos ejus cum sanguine ad inferos. Dormivit igitur David cum patribus suis, & sepultus est in civitate David. 3. Reg. c. 2. n. 8. 9. & 10. Cut ego, quando avertit Abisai, ne confodiat Semei; Rex semel, & iterum, David nominatur: quando verò vindictam mandat filio suo, ut ille morte puniatur: deducet canos ejus cum sanguine ad inferos: Nunquam tamen Rex dicitur, sed tantum simpliciter David nomen habet: cum ejus animus est placatus, plenus indulgentia, nullum ultionis motum habens: regio nomine insignitur, Rexque nuncupatur. At verò cum vindictam animo concipit, eamque filio commendat, tanquam à regali fastigio discedens, omittit Regis

nomine David tantum scribitur: cum parit non David, sed Rex appellatur: cum verò vindictam intendit, non Rex, sed David dicitur.

Apoc. 6. n. 10. Et clamabant voce magna, dicentes, usquequò Domine, sanctus, & verus, non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum, de his, qui habitant in terra?

Num. 11. Et data sunt illis singulæ stola alba: & dictum est illis, ut requiescerent adhuc modicum tempus, donec compleantur conservi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi.

VERSIONES.

Arabic. c. 10. Hi verò clamabant datis vocibus, & dicebant: Usquequò sanctè verax, &c.

Syrus. Usque quando ille tu Domine, ille sanctè, ille Verè judicas, & non ulcisceris.

Pagn. Vatabl. Qui es sanctus, & verax Syrus n. 11. Et data est unicuique ex illis stola alba; & dictum ut quiescerent, adhuc tempus exiguum.

Arabicus. Et data sunt singulis eorum vestes albæ, lucidæ; & dictum est eis, ut sustinerent, & quiescerent id temporis, ut perficeretur numerus sociorum, & fratrum suorum, & eorum, qui trucidandi sunt.

Tyg. And. Cas. Adhuc pusillū temporis. Arias. Et datum est illis, ut requiescerent, donec compleantur sevi eorum, & fratres eorum, futuri tumulati, sicut & illi.

S. Cyprian. Donec compleretur numerus conservorum, & fratrum eorum, qui postea occidendi erant exemplo eorum.

EXPO

EXPOSITIO VII.

LAMABANT VOCE magna, cum scriptum sit Psal. 10. n. 3. Desiderium cordis eorum audivit auris tua, quia ipsa desideria voces sunt; & quo majora, sanctiora, ac veriora, majori voce clamare dicuntur; Usquequò Domine, Sanctus & verus. Sanctus & verus pro sanctè, & vere, primus casus pro quinto, more Artico; & valde appositè erant Deo his duobus epithetis. Tu ergo, qui es ipsamet sanctitas, & veritas, fons, ac origo totius sanctitatis; proindeque omnes iniquos, & sceleratos perdere, & punire debes. Tu ergo, qui es verus in tuis promissis, tuo supremo decreto constitutum est reddere unicuique, juxta opera sua. Psal. 61. n. 13. da ergo & tuis Martyribus, & tyrannis, juxta opera eorum.

206.

207.

Non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum. Duo hic perunt SS. Martyres, judicium, & executionem judicii. Judicium pertinet ad causæ cognitionem; secundum continet causæ executionem, perunt ergo SS. Martyres injuriarum, & persecutionum punitionem, & condemnationem, non ex vindicta tantum, sed ex charitate, ut qui ex ipsis persecutionibus sunt prædestinati, citius veniant ad salutem: & qui reprobi, & destinati sunt æternis suppliciis, citius è medio tollantur, ne plus noceant aliis, & majora sibi concernent supplicia, de his, qui habitant in terra, quorum cor, ac voluntas tota demersa est in terra.

208.

Et data sunt illis singula stola alba; id est, unicuique; cata est una stola alba; stola autè symbolū est gloriæ. Stola gloriæ indues cum Eccl. 6. n. 32. significatur ergo, quod SS. Martyribus data sit gloria suarum animarum; & ideo dicit, quo modo unusquisque accipit unam stolam gloriæ scilicet animæ; nam in resurrectione, quilibet habebit duas stolas adhibita tunc gloria corporis.

209.

Dictum est illis, ut quiescerent, jam antea quiescebant per possessionem gloriæ, quam jam adepti erant; ac proinde quiescere hic, idem est, ac quod sustinerent expectando, ad hunc modicum tempus, utique nempe ad diem judicii; & modicum tempus respectivè ad æternitatem, donec compleatur conservi eorum. Donec expleatur numerus sociorum Martyrum, nam certèsi regnū peccati evadatur, & impii è medio tollantur, jam nulli erunt Martyres, quis enim eos cruciabit, & occidet? Numerus autem electorum certus, & determinatus est qui omnino expleri oportet.

QUESTIO XXIII.

Quare SS. Martyres clamantes, hic potius Deum, sanctum, & justum dicunt, quàm omnipotentem; vel immentum, vel quocumque alio nomine.

210.

Clamor animarum est totum desiderium in Apocalypsim. Tom. I.

D. Greg. Origen. Magn. 2. Mor. c. 6. Sic hunc locum expendit: Magnus eorum clamor, ait, magnum est desiderium: tantò enim minus qui, quo clamat, quàmò minus desiderat; & tanto majorem vocem in aures incircumscripti Spiritus exprimit, quàmò se in ejus desiderium plenius fundit: animarum igitur verba, ipsa sunt desideria.

D. Greg.

Et dicunt: Domine, Sanctus, & iustus; non tantum appellativè, ut se dicunt Principes, ac Reges hujus sæculi, qui aliquando se appellant justos, & veros; At Deus est justus, & verus per essentiam; quia est fons totius sanctitatis; ac veritatis. Quæstio ergo præfens est, cur potius dicunt sanctum & verum, quàm æternum, immensum, & omnipotentem.

211.

Rectè respondet Rupert. Lib. 4. in Apoc. 4. Pulebre, ait, nimis compellatur omnibus istis, ut per ipsa commoveatur; Maxime intendunt Martyres, Deum adducere, ut eorum desideria compleat; iniquos, & malos puniendo, & ipsorum Martyrum corpora glorificando; idè valdè aptè, ac appositè Deum dicunt sanctū & verum, ut his nominibus maxime commoveatur ad hæc. Contraria se pati non solent; sanctitas maxime contraria est iniquitati, ac sceleri; Veritas autem maxime opposita falsitati, ac infidelitati; cum ergo Deus sanctus, debet punire sceleratos, ac perdere iniquos; & cum sit verus, tenetur adimplere promissa, & constituta in suis decretis, quod est; Reddes unicuique juxta opera sua. Psal. 61. Martyribus, & tyrannis, juxta eorum merita; Martyribus gloriam corporis debitam tyrannis constitutam pœnam, & punitionem. Non enim Deus habet nomina vacua, sed maxime eorum significata adimplet. Ex quo eleganter ait Chrysof. hom. 31. ad Rom. Multarum siquidem rerum monumenta, sunt nomina. Præclara morum disciplina, nomina sunt, magnèque pignus ad illustre agendum.

Appetitus, Raptus. Ex his nominibus urgent Martyres Deum ad vindictam.

Psal. 61.

D. Chrysof.

213.

Cum Abrahamus peregrinatus esset in Geraris; ac diceret, Saram esse sororem suam tunc Abimelech rex terræ illius, eam tulit in domum suam; & ait text. Gen. 20. n. 3. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris, propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum, Morieris si nunc tciens uxorem, eam non reddas. Notandum maxime est, quod tibi nostra vulgata habet, Venit Deus ad Abimelech. In Hebraico est: Veni in iudex. Et cur Deus hic nomen iudicis sibi assumit? quia veniebat, ut vices Iudicis ageret ad puniendum; nempe hominem qui uxorem habebat ablatam à viro suo; Ideo rectè nunc iudex dicitur; quia iudicem adimplere cogitur, qui ex nomine urgetur ad officium. Cajet. Aptè: iudex nominatur Deus, apparet nunc ad justitiam exercendam.

Genes. 20.

Heb. 20.

Deus ex nomine excitatur ad justitiam exercendam.

Cajet.

Orbe condito, & Adamo procreato, cum Deus ad adornandum hortulis Pardisum ultinò procederet Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu & ad vescendum suavitatis n. 2. n. 9. In productione aliarum rerum tantum dicitur Deus; dixit Deus: fiat lux; dixit Deus: firmamentum; dixit Deus: fiant duo lumina, &c. ut habetur Gen. 1. Cur ergo, eū ad procedendas arbores, & plantas devenit, non solū itur Deus, sed etiam Dominus Deus? voluit us, in tali molimine multiplicare beneficentiam, ut plantæ intervirent visui, & gustui; lebrum visu, & ad vescendum suavitatis & multiplicare nomen, ut ex duplici nomelatura

214.

Genes. 2.

Genes. 1. Deus ex duplici nomelatura aliam beneficentiam iniecit.

M m movere